



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Cæcilia. V. & M. 22. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

His castra ille struxit cœnobias & ne commeatu destituerentur, precando nunc crescere in horreis, nunc in manu annonam fecit. Ut verò in obsequio Tirones exerceret, ægros è lectulo surgere & flagellare frumentum jussit. Et verò labo ristructum sanitatem tulerunt. Mitto alia mira, sed non illud; ut subjecere Christo plures animas allaboraret **COLYMBANVS**, Angelum illi Tutelarem in membranâ orbem ( magnum virtutis stadium ) ostendisse. Quid, ah! quid nos igitur agimus, quibus non jam unum, sed geminum stadium, geminum inquam orbē, Superi explicant? *Ex Ionā.*

*Novem corporis nostri solvamus à litora mundano, secularis patrie renunciemus curis, in Crucis arbore tota mentis vela tendamus, virtutum funibus, sapientia remis, gubernaculis disciplina navigij nostri muniamus incessum. S. Pet. Chrys. serm. 8.*

## S. CÆCILIA. V. &amp; M. 22. Novembris.

**S**I quæris, quod intercinentibus organis **CÆCILIA** carmen dederit, illud respondeo, quod una, quæ Agnum sequuntur, virgines sciunt modulari. Itaque quo die homini in manus danda erat, nuptiale vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem virginitas non habet zonam. Noctu sponsum Valerianum monuit, caveret pudori suo manus inferre, cuius longè fortissimum custodem è cælo Angelum haberet. Hunc corā intueri cum ille percuperet, suasit impuros à superstitione oculos sanctiori priùs baptismati undā elueret. Eluit, & voti mox compos formosissimum multaque luce vestitum Ephebum vidit: qui ferti nobili utrumque coronavit, & precantes miro odore

574 VITA SANCTORVM. 22 Nov.

odore perfudit. Et fecit hic odor post Christum currere etiam Tiburtium Valeriani germanum, amboque ita in stadio Christiano cucutterunt, ut bravium Martyres obtinereat. CÆCILIA est balneatrix, quas tyrannus succenderat, flammis pulchrior, tribusque in collo vulneribus velut totidem monilibus ornator, cum triduum supervixisset, adesque suos in templum vertisset. Martyrum vestigia velut paronymphorum insistens, cælum & ipsa petiit, & Agno denique nupsit minime sterilis virgo, ut quod moriens uno partu Christo CCC. peperit. Ex Metaphr.

Sunt plurima, que Angelis placent, & eos in nobis invenire delectat; ut est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, crebri in cælum gemitus, & orationes cum lacrimis & cordis intensione. Super omnia unitatem & pacem à nobis exigunt Angelii pacis. S. Bern. l. 1. de S. Mich.

S. CLEMENS PAP. M. 23 Novembris.

PRODIdit CLEMENS è D. Petri scholâ: virtutis primò magistri, tum insulæ etiam heres inter Pont. Max. tertius numeratur. Impietatis sub Trajano accusatus, & in exilium ultra Euxionum Pontum deportatus, munere suo nec in eâ quidem fortunâ oblitus est fungî, docuitque bis mille Christianos, quos ad latomias tyrannus damnaverat, præter saxa è terrâ patientiam eruere, ad quam verbis & exemplo erexit, & miraculis firmavit. Etenim cum aquæ dulcis penuria laborarent, camque petere per VI. milliaria cogerentur, CLEMENS è proximo manare copiosam iussit, cum ipse Servator familiarem sibi Agnum induxit dextro pede & omnine fontis indicium fecisset. Postò cum aquâ longè lateque miraculum emanavit.

Et